



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive  
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,  
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,  
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

**Bosschaerts, Willibrord**

**Mechliniae, 1650**

6. De Commigratione S. Willibrordi in Hiberniam. De vocatione eius ad Conversionem gentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10958**

De Commigratione S. Willibrordi in Hiberniam.  
De vocatione eius ad Conversionem gentium.

**E**hisce Alcuinus: *Igitur in sacris eruditionibus & in omni sobrietate, morumq; honestate beatissimo usq; ad viceustum etatis sue annum Adolescentie proficiente, arctioris vita ardore succensus, & peregrinationis amore instigatus, & quia in Hibernia Scholasticam eruditionem viguisse audiuit, etiam quorundam Sanctorum virorum, fama narrante, conversatione incitatus, & praecepit Beatisimi Patris & Episcopi Egberti, qui cognomento Sanctus vocabatur, nec non & Wigberti venerabilis viri & Sacerdotis Dei, quorum uterq; ob caelestis patria amorem domo, Patria cognationeq; relicta, Hiberniam secessit, ibiq; dulcissimos superna contemplationis fructus, seculo nudus, Deo plenus, solitariè quotidianie hauriebat conversatione. Horumbeatus Adolescentis emulari cupiens religionem, cum conniventia Abbatis sui & fratrum in Hiberniam veloci cursu contendit, praedictorum Patrum familiaritati se coniungens, quatenus ceu prudentissima avis, ex eorum propinquitate mellifluos pietatis carperet flores, & in sui pectoris alveario dulcissimos virtutum fanos construeret. Ibiq; duodecim annis inter eximios simul pie Religionis, & Sacrae lectionis magistros, futurus multorum populorum praedicator, eruditetur, donec occurreret in virum perfectum & in etatem plenitudinis Christi. Attendit non segniter S. Willibrordus ad illud quod sponsus fideli animæ sponsæ occinit: Psalm. 44. Audi filia & vide & inclina aurem tuam & oblinisci populum tuum & domum patris tui & concupiscet Rex decorum tuum. Inclinavit prompto animo aurem & cor, non tantum ad præcepta, sed etiam ad consilia sponsi Christi. Eius vius ob causam dulcia liquit arua, patriam, parentes, propinquos, sodalitatem cui à*

D 2 pueritia

pueritia assueuerat eorundem planè oblitus nunquā repe-  
dauit sub Anachoretarum patre Secessicola factus. Et  
concupiuit Rex decorem eius: decor ille ab intus est, in  
virtutum perfectionibus. Hoc vestitu deaurato sese in-  
duit & placuit Regi decor eius, quem ad tam solidam  
ecclesiæ columnam adaptauit, ad sublimem cælestis gloriæ  
thronum prædestinavit.

Monasterium verò vbi S. Egbertus, ad quem se contu-  
lit Willibrordus agebat, vocatur Rathmelfigi. à Vener. Be-  
dalib. 3. Hist. Anglic. cap. 27. vbi multa de ipso eiusque  
conterraneis ex Anglia peregrinis, abstractioris vitæ, se-  
uerioris discipline, Sacrarumque litterarum studio dedi-  
tis, refert. Huic sodalitio, spreto mundo, abdicato patrio  
solo, se expoliendum tradidit Willibrordus: hīc tandem  
Deum vocantem percepit, trahentem secutus est. Opti-  
ma præceptio est illi qui suam vocationem & statum,  
qui ipsi salutaris est & quem Deus vult, noscere cu-  
pit, ab omnibus mundanis affectionibus sese expediatis pa-  
rentes, propinquos, tumultus sœculares, sodalitatem, si  
non effectu, saltem affectu deserat, cum Deo solo conver-  
setur, dicatque: *Audi quid loquatur in me Dominus Deus, &*  
*in uno loquetur pacem in plebem suam.* Quid mirum enim, si cùm  
animus alijs occupatus fuerit, quasi obstrepentibus mor-  
talium rerum curis, amoribus, delectationibus, consuetu-  
dinibus, diuina illa vox exaudiri non possit. Sapienter hoc  
expendit D. Bernar. epist. 107. admonens quendam Thomam  
in hoc ipso sæculi relinquendi statumq; ineundi consilio  
nutantem: *Tu (inquit) o charissime, huic voce Dei tui dulciori*  
*super mel & fauum si preparas aurem interiorem, fuge curam exte-*  
*riorem, ut expedito & vacante interno sensu dicas & tu cum Sa-*  
*muele Loquere Domine quia audit seruus tuus. Vox haec non sonat in*  
*foro, nec auditur in publico. Secretum consilium, secretum querit*  
*auditum.*

## D I S S E R T A T I O VI.

29

*auditum. Auditui tuo gaudium pro certo dabit & letitiam, si sobria  
aure perceperis. Talem agendi rationem in ijt S. Willibrordus  
opereque compleuit in Hibernia Regione externâ diui-  
nissimis contemplationibus & actionibus continuo inten-  
tus, quarum vberimos euentus dulcissimosque fruc-  
tus tandem percepit. Sub prædicto Egberto eiusq; ductu  
S. Adalbertus, qui paternis spretis diuitijs ex Anglia in  
Hiberniam quoq; secesserat, in magnarum virtutum cul-  
men concendit, vti S. Willibrordi nunc condiscipulus,  
ita mox futurus ei Cöapostolus, ad quod Deus eum diri-  
gebat, intus inflammabat, vocabat. Vide eius vitam per  
Coenobitas Medelocenses ad petitionem Egberti Treui-  
rensis Præfulis Theodorici Hollandiae Comitis filij con-  
scriptam. est ea apud Surium 25. Iunij. Idem cum alijs  
eorum synerchomenis actum esse, iustum est credere,  
tametsi nil expressum habeamus.*

## D I S S E R T A T I O S E P T I M A.

### De Sacerdotio S. WILLIBORDI,



N dicto Sanctorum exercitiorum fer-  
uore constitutus Willibrordus, Sacer-  
dotali gradui inauguratus est, in eo-  
que præ cæteris sodalibus, etiam Sa-  
cerdotibus, eluxit testante Beda lib. 5.  
Historiæ Anglicanæ cap. 11. Dispo-  
nebatur, nimirum, à Deo, abolitis  
varijs Idolorum sacrificijs, illaturus  
gentibus verum & sublime Noui Testamenti Sacrificium  
& pro sua parte impleturus illud Malachiæ 1. *Ab ortu solis  
usq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus & in omni lo-*

D 3

60